



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||**

**Fickler, Johann Baptist**

**Dilingæ, 1575**

**VD16 F 976**

De rebus sacris no[n] temerè alienandis, vel contrectandis, & crimine  
sacrilegij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

... qui in Deum fuerunt blasphemii, quando qui-  
... hoc scelere etiam haeresi magna intercedat af-  
... conuictio, cuius deplorati & exitialis cri-  
... ipse praecipuus persecutor & extripator fuit.

DE REBUS SACRIS  
NON TEMERE ALIENAN.

dis aut contrectandis, & crimi-  
ne sacrilegij.

IVSTINIAN. IMP. IN L. SANCIMVS. 1. C.  
de sacros. Ecclesijs. &c.

Sancimus nemini licere sacratissima, atque  
arcano vasa, vel vestes, ceteraque donaria, quae  
ad diuinam religionem necessaria sunt (cum  
etiam veteres ea quae iuris diuini sunt, huma-  
nis nexibus non illigari sanxerint) vel ad  
venditionem, vel hypothecam, vel pignus  
trahere, excepta causa captiuitatis & famis,  
in locis his, in quibus hoc (quod abominamur)  
contigerit. Nam si necessitas fuerit in redem-  
ptione captiuorum, tunc & venditionem pre-  
tatarum rerum, diuinarum, & hypothecam  
& pignorationes fieri concedimus. Quoniam  
non absurdum est animas hominum quibus-  
cunque vasis, vel vestimentis praeferi.

Res sacras  
nec vendi nec  
obligari posse  
nisi pro redem-  
ptione capti-  
uorum Chri-  
stianorum.

IDEM IMP. IN L. 16. C. DE  
Episcop. & cleric. &c.

Principis scopus & intentio esse debet ad  
amplificationem & augmentum adducere  
ad pios vsus segregatas: sic enim quis  
quis

Res sacras non  
deminuere  
sed augere de-  
bet Princeps.

Nn 3



quis pro sua anima quidquã facere volet, pius erogabit, si crediderit ea quæ ab ipso fuerint, piè administranda esse.

IDEM IN AVTH. DE NON ALIENANDIS aut permutandis rebus Ecclesiasticis immobilibus, aut in specialem hypothecam dandis creditorib. &c.

**V**Nam intentionem hanc semper proposimus, omne quicquid prius imperfectum confusum videbatur, hoc & expurgare, & perfectum ex imperfecto declarare. Quod enim in omni legislatione facientes, credimus oportere in alienationibus, quæ sunt super rebus una completi lege, quæ priores & renouet, & emendet, & quod deest & quod superfluum est, abscondat. A Leontio quidem bonæ memoriæ (qui post Constantinum, piæ memoriæ, Christianæ fidei imperatores principatum auxit, & constantiarum Ecclesiarum honorum & disciplina scripta lex est de alienationibus Ecclesiasticis conclusa in sola huius felicissimæ civitatis augustissimæ maiore Ecclesia: & laudamus præsertim huius legis cum omni vehementia, & cultura posita. Sed eò quòd non generaliter sita sit in omnibus, egere etiam eam quam correctione credimus. Ab Anastasio quoque piæ memoriæ, scripta quedam de talibus legibus, neque similis priori, & omninò minus utilis, &c. Hæc ergo nos omnia emendantes existimamus oportere legislationem impendere omnibus sanctissimarum Ecclesiarum, &c.

Latus Leonis  
Imperatoris  
ob honorem  
quo afficit  
Ecclesias.

Anastasi  
Imp. lex de  
reb. sacris nõ  
alienandis.



rorum, & Nosocomiorum, & Monasterio-  
 rum, &c. & totius sacri collegij rebus & hanc le-  
 gem Leonis, pię memorię, constitutione ad i-  
 te. &c. Vult enim illa neq; Deo amabilem Ar-  
 chiepiscopum & Patriarcham huius felicissi-  
 mę ciuitatis, seu sanctissimę maioris Ecclesię,  
 neque oęconomum vendere, aut donare, aut  
 aliter alienare rem immobilem, domũ forsan  
 & agrum, aut colonum, aut mancipia rustica,  
 aut ciuiles annonas (nam & hæc inter immo-  
 bilia sunt numeranda) quę competunt Con-  
 stantinopolitanę sanctissimę maiori Eccle-  
 się: Sed neque pro vlla compensatione, aut  
 alia qualibet circumuentione, tale aliquid agi:  
 & incertatur quidē emptori restitutionem,  
 ut reddat per tempora Oeconomo rerum san-  
 ctissimę Ecclesię, rem quam ipse perceperit,  
 cum omni medij temporis fructu & alijs lu-  
 cris: casu imminente preciorum ei qui tale  
 aliquid accipere, aut comparare præsumse-  
 rit, cum etiam hoc quidem, quod contra le-  
 ges actum est, ita ponat, ac si neque à prin-  
 cipio gestum sit. Oeconomum verò hæc præ-  
 uocantem, dare quidem de suo sanctissimę  
 Ecclesię iubet omne, quicquid ex ea causa  
 lucratus est aut sanctissimam Ecclesiam dam-  
 nificauit: super hoc etiam excludit cum of-  
 ficio, & dat actionem sanctissimę Eccle-  
 się non contra solos Oeconomos, sed etiam  
 contra successores eorum: siuē ipsi hoc alie-  
 nauerint, siuē pro tempore Deo amabilis Epi-  
 scopus,

Nn 4 scopus,



Episcopi de-  
generes sunt,  
qui conuēt  
in alienatione  
rerum sacra-  
rum, vel bo-  
norum Ecclē-  
siasticorum,

Lex ab vna  
extenditur ad  
omnes Ecclē-  
sias.

scopus, aut aliquis aliorum clericorum  
dentes alienantem, taciturnitate degentem  
sine libertate passi sunt, & multo potius  
consentientes, & videntes tale aliquid  
miserunt, & non causam prohibuerunt.  
hoc autem & Tabellionem, qui talia  
fecit instrumenta perpetuo tradet exilio,  
lam ei clementiam, neque reuersionem  
participans. Ipsos quoque maximos iudices  
qui ad hæc accedunt, & ministrant talibus  
causis, aut confici apud semetipsos moneta  
ra pro confirmatione talium donationum,  
aliorum actuum patiuntur, & cingulo & sigilla-  
tate & substantia interminatur excludenda.  
Et in §. nos igitur. Nos igitur sancimus,  
que sanctissimam huius felicissimæ ciuitatis  
maiores Ecclesiam, neque sub ea constituta  
Ecclesias, quarum ipsa prerogationem  
pit, neque alias omnes Ecclesias in hac felici-  
sima existentes ciuitate, aut circa eius  
finia, neque sub Patriarchica sede huius  
cilissimæ ciuitatis constitutas, quarum  
tropolitanitas ipse ordinat, neque alium vllum  
dique Patriarcham, neque Episcopum  
cimus autem & eos qui in Oriente, & quæ  
Illyrico, insuper & in Aegypto & Lycia  
nia atque in Lycia, & eos qui in Apuliana  
cana prouincia sunt, complexiue dicendum  
per omnes quacunque nostra sunt terra,  
non in Occidente sunt DEO amabilis  
Episcopos, ab ipsa seniori Roma vsque ad  
Oceanum



Oceanum consistentium sanctissimarum or-  
 thodoxarum Ecclesiarum, neminem cuiusvis  
 generis piorum locorum œconomos, aut mo-  
 nasterii, viroꝝ vel mulierum Abbatem, vel  
 Abbatissam, aut quemlibet omnino præside-  
 rem venerabilibus collegiis, licentiam habere  
 alienare rem immobilem, aut in domibus aut  
 in agris &c. nec per specialis pignoris occa-  
 sionem tradere creditoribus. Alienationis au-  
 tem nomen generalius idèd posuimus vt pro-  
 hibeamus, & venditionem & donationem, &  
 commutationem & in perpetuum extensam  
 emphyteusim, quæ non procul ab alienatione  
 consistit. Sed omnes vbiq; sacerdotes ab hu-  
 iusmodi alienatiõẽ prohibemus subditos pœ-  
 nis quibus Leonis piæ memoriæ vsa est consti-  
 tutio, &c.

Alienationis  
 appellatione  
 quæ intelli-  
 gantur.

IDEM IMP. IN §. IISDEM POENIS. D.  
 Auth. vbi tractat de non alienandis vasis sacris.

Idem pœnis seruandis etiam aduersus eos,  
 qui sacra vasa contra postram legem, aut  
 pignori dant, aut vendunt, aut constant pro-  
 pter alienationem: nam & illos æqua, & maio-  
 ri pœna dignos esse sancimus, quanto etiam  
 circa sacras res, & Deo dicatas præsumpserunt  
 impiè agere: nisi tamen aliquid tale fiat, quod  
 aduicimus circa redemptionem captiuorum, vbi  
 animæ hominum liberatur à mortibus & vin-  
 culis inanimatorum venditione vasorum.

Cõcordat cũ  
 toto hoc §.  
 c. 1. cum suis.  
 glo. extra. de  
 pignor.

Porro non incommodum fuerat totam hanc In-  
 stitutiõem authenticam, ad Epiphanium

Nn 5 Archie.



Archiepiscopum & Patriarcham Constantinopolitanum hic loci inferere, sed quia prolixior est, et in hoc opere spatium occuparet, lectionem ad eius lectionem in Authenticorum collatione cuncta remissum esse cupio: pauca tamen ex ea adducere volui, quæ expresse indicant rerum sacrarum, tam immobilium quam rerum mobilium, quæ ad Ecclesiarum sacrum usum spectant, alienationem haud esse debere frivolum, vel rarioriam.

IDEM IVST. IN AVTH. DE ALIENATIONE & Emphyteusi & locat. rer. sacrar. §. sanctissimæ

Prosequitur  
Imperator a-  
lienationis p-  
hibitionem.

**S**ancimus igitur nullam habere licentiam Ordinatores rerum huius regis civitatis sanctissimæ maioris Ecclesiæ, &c. aut alterius venerabilis domus in hac regia civitate, seu eius finibus constituta, exceptis venerabilibus monasteriis, aut vendere, aut donare, aut mutare, aut sub alterno dono dare, aut quolibet modo alienare rem immobilis, aut civilem annonam, aut rusticum mancipium nisi ad imperialem domum commutatione facta est.

IDEM IN §. DE SACRIS AVTH. §. sanctissimæ

**D**E sacris autem vasis competentibus sanctissimæ maiori Ecclesiæ regis civitatis, aut aliis venerabilibus Oratorij domibus, in qualicunq; loco nostræ reipublicæ possessis generaliter constituimus, ut non aliter hæc vendantur, aut supponantur, nisi pro captivorum redem.



demptione. Si verò sunt plura vasa in aliqua memoratarum venerabilium domorum, nullum necessarium vsum facientia, & contigendi huiusmodi venerabilem domum debitis aggrauari, & non sint alia manifestæ res, de quibus debeant debita reddi: licentiam ei damus petitis monumentorum constitutis, prædicta superflua vasa aut aliis venerabilibus, necessaria non habentibus, vendere: aut conflare, & similiter vendere, & eorum precium in debitum præbere, vt non immobiles alienentur.

IDEM IVSTINIANVS IN NOVEL.

constit. 7. apud Iulianum Patric. §.  
eisdem pœnis.

Quia sancta vasa, siue sacra dona contra legem vel pignorauerint, vel distraxerint, vel conflauerint, vel quocunque modo alienauerint, excepta videlicet captiuorum redemptione, pœnis constitutis coërceri debent.

Res sacras vel religiosas contrectare apud Ethnicos etiam piaculum fuisse testatur. leg. 1. C. de secul. viol. in qua Imperator Gordianus, quantum ad Christianam religionem hostis & persecutor, sanctas, res religioni destinatas, quinimò iam religionis effectas, scientes qui contigerint, & emere & distrahere non dubitauerint, tametsi iure venditio non subsistat, læsa tamen religionis incidere crimen.

Pro Ecclesiæ debitis soluendis licere sacra vasa quæ abundant alij Ecclesiæ vendere.

Pœna alienantibus res sacras constituitur.

Res sacras contrectari non licere.

DE SACRI



**DE SACRILEGII  
CRIMINE, ET SACRORUM  
CONTURBATORIBVS.**

IVSTINIAN. IMP. IN AVTH. DE SACRILEGII.  
Dist. Episc. & c. si quis cum sacra.

Pœna læsæ re-  
ligionis.

**S**I quis, cum sacra ministeria celebrantem sanctam Ecclesiam ingrediens, Episcopo aut clericis, aut ministris aliis Ecclesie iniuriam aliquam inferat, iubemus hunc verberis sustinere, & in exilium mitti. Si vero hæc ministeria conturbauerit, & celebrare prohibuerit, capitaliter puniatur. Hoc ipso in litaniiis, in quibus Episcopi aut clerici representantur, custodiendo, & siquidem iniuriam feceritis, verberibus exilioq; tradatur, & etiam Litaniam concusserit, capitale periculum sustinebit, & hoc vindicare iubemus non solum ciuiles, sed etiam militares iudices.

IDEM IMP. IN NOVEL. CONST. C. 1.  
apud Julian. Patric. si quis diuinis.

Pœne vitæ in-  
ferentium sa-  
cerdotibus ce-  
lebrantibus  
rem diuinam.

**S**I quis diuinis mysteriis, vel aliis sanctis ministeriis celebrandis in sanctam Ecclesiam, et Episcopo vel clericis, vel ministris Ecclesie iniuriam fecerit, iubemus eum tormentis subiectum in exilium mitti. Secus ipsa oratoria, vel diuina ministeria (seu mysteria) conturbauerit, vel celebrare prohibuerit, capitali supplicio puniatur. Hoc eodem obsequando et in litaniiis, in quibus Episcopi, vel clerici inueniuntur, vt siquidem contumeliam



atum fecerit, tormentis, & exilio tradatur: si autem Litanas conturbauerit, capitale peccatum subsistit.

IDEM IN AVTH. SED NOVO IVRE.

C. de Episcop. & cleric. &c.

Si quis sacra ministeria turbauerit, vel celebrare prohibuerit, capite puniatur.

GRATIAN. VALENTIN. ET THEODOS.

Imp. in l. 2. C. de crim. sacrileg.

DE sancta fide Catholica, utpote de principali iudicio publicè turbis coadunatis, disputare, contendere, atq; iam olim à sanctis Patribus atq; Conciliis in religione Catholica definita sunt, in dubium vocare, sacrilegij instar est.

Sacrilegiū est fidem Catholicam disputare.

VALENTIN. ET MARTIAN IN L. QUI

cunq; C. de hæretic. & Manich.

Æquum est, ut immanissima sacrilegia (hæreses scilicet) par pœnæ magnitudo percellat.

Hæresis immanissimum sacrilegium.

GRATIAN. VALENT. ET THEODOS.

Imp. in l. 1. C. de crim. sacril.

Qui diuinæ legis sanctitatem aut nesciendo committunt, aut negligendo violat & offendunt, sacrilegium committunt.

Hæresis & sacra scripturæ negligetia sacrilegiis comparantur.

DE REB. SACR. ET SACRILEG.

ADNOTATIO.

Quoniam leges Christianorum Imperatorum interdicit qualemcumq; alienationem, quantum ad magic



Res sacrae que  
sunt.

magis direptionem rerum Ecclesiasticarum: oportet  
cuius est scire quid intelligatur sub rei sacra appella-  
tione, cum penè idem alicui videri possint, quae  
tur sancta & religiosa. Sacras igitur, solent esse  
pellari eas res, quae non temerè, nec per quolibet  
quibuslibet, sed selectis verbis, auctoritate publica  
ritu quodam singulari adhibito, olim per gentium  
lorum aberratis reipublica Deorum Pontificum  
etiam per principem ipsum pontificatu maximo  
coratum: nunc verò, & postquam prophetarum  
cultus per aduentum Servatoris nostri Iesu Christi  
eiusque verbi doctrina, sanctorumque Patrum  
sua Catholica pia & fideli traditione extitit  
tandem per religionis Christiana Antistites  
tum & venerationem veri Dei, & eius, quae  
fit, Iesu Christi, consecratae sunt, de quibus  
quam diximus propemodum sententiam locutus  
simianus in Auth. Vt null. fabric. orat. dom. et  
lat. 5 & in auth. de Eccles. tit. 8. si quis autem  
rit. & si quis aedificationem. coll. 9. Huius  
aedes sacrae, aut alia loca sunt, quae siue in civitate  
siue in rure Deo publice dedicata sunt. l. sacra  
rer. diuis. In hoc quoque genere computantur  
anathemata, sacra donaria, vasa, cruces, tabulae,  
vestes, reconditorium sacrosanctae Eucharistiae  
quaeque alia ad sacrorum usum potissimum  
cata, veluti, quae vocant, ciboria, phialas, calices,  
calices, patinas, feretra, libros, ornamenta, man-  
teas, carum, candelabra, gazophilacium aut arca  
in quam sacrae Eleemosynae conijciuntur, &



ut similia, suis exquisitis & arcanis caeremonijs, di-  
 vine religionis ministerio ritè consecratae atque per  
 Pontifices dedicata sunt, iux. §. sacrae res. cum glo. Inst.  
 de rer. diuis. Et vt breuiter dicā, quicquid olim fuit,  
 quod aeternae diuinitati in Veteri Testamento, &  
 quicquid apud gentiles Deorum haberetur: hodie  
 vero id quod ritè & Deo Opt. Max. Patri & Filio  
 & Spiritui sancto consecratum atq; dedicatum est,  
 id omne diuini iuris esse in tantum existimatur, vt  
 vna vel altera dumtaxat excepta causa, nec alienari,  
 nec obligari ea, vel in pignus aut hypothecam  
 vbi concessum sit. Ex his paucis facile intelligi po-  
 test, quid sub rei sacrae vocabulo leges dicere velint.  
 Ab his autem differunt res sanctae: nam haec dicuntur,  
 quae ab omni civili laesione munitae sunt, vt muri &  
 porta ciuitatis, quae ideo sancta vocantur, quod pae-  
 na sanguinis constituta est in eos, qui aliquid in haec  
 peccant, vel delinquant. §. sancta quoq; Inst. de rer.  
 diuis. Nulli enim licet ea admotis seculis, vel alio co-  
 mato transire, vel occupare, vel quicquam inde au-  
 ferre. Ciues namq; Romani, hoc est qui Romano im-  
 perio subiecti sunt, aliàs quàm per portas vel egredi  
 vel ingredi pacis tempore non decet cum huiuscemo-  
 di audacia & hostilis & abominanda sit. Ideò Rhe-  
 nom, Romuli fratrem, occisum fuisse, tradunt histo-  
 ria, quod murum Romanae urbis transcendere vo-  
 luerit. Vnde Lucanus: Fraternali primi maduerunt  
 sanguine muri. Sanctum itaq; est, quod ab iniuria  
 hominum defensum atq; munitum est. l. sanctum. ff.  
 de iur. iud. Budæus ait sanctum dici, quod nec sacrum,  
 nec

Res diuinae,  
 nisi certis ex  
 causis, alienari  
 vel obligari  
 non debent.

Res sanctae  
 quae sint.

Muros ciui-  
 tatis transire  
 nefas est.



- Aerariū sanctius,** nec religiosum est: unde et sancta leges, quae per sanctionem corrumpi vetantur. Et aerarium sanctum ab antiquis dicebatur, quod prorsus intactum erat, quo nihil promi licebat ob annuas necessitates. Etum est item plerumque quod incorruptum. Hinc quod aliqui eorum, qui etiam ipsi in sanctorum thalogo recensentur, scribunt, sanctitatem esse a ni immunditia liberam et perfectam, et omnino maculatam munditiam. De hac Dominus in Levitico locutus est ad Moysen, dicens: Loquere autem neminem carum filiorum Israel, et dices ad eos, estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus vestester. Et Paulus Apostolus pacem, inquit, sequamur sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum.
- Res religiosae quae,** Etenus quae obiter ad sancta spectant. Res religiosae censentur, quae locis religiosis adhaerent. Locis religiosis ff. de rei vendicat. Locus autem religio-  
 opponitur puro. Inst. de rer. divis. §. religio sancta ff. §. praetor. ait. ff. de religios. Facit autem religiosum cum illatum defuncti cadaver, praesertim si in eum tradit in l. 4. eod. tit. si in eum locum inferretur quem ipse sibi destinavit. Alciatus ex Agri-  
 bico refert religiosum dici à religendo, meritis agant homines, vel à relinquendo, quod à mortuo relinquatur. Magnum autem crimen est res ipsa loca religiosa violare, hoc enim non solum cum sepulcorum saxa, epitaphia, columnae, imagines vel effringuntur, vel efferuntur, nec gravi poena vacat. l. qui sepulchra. C. de sepulch.
- Parerg. lib. 2. cap. 4.**
- Res violare religiosas, magnum crimē.**



si eiusmodi inuasor habetur pro sacrilego, & de Sepulchri  
 sacrilegio punitur in decem libras auri, d. l. qui sepul- violati pena.  
 chri. & l. pergit, C. de sepulch. violat. & condemna-  
 tur ad restitutionem rerum ablatarum illius sepulchi  
 teris posteris & hæredibus, l. prætor ait. ff. eod. tit.  
 eodem quoque panis damnatur nefarius ille raptor,  
 & sepulchri violatur omnibus, qui de illarum rerum  
 ablatone & rapina eum ad iudicem vrgebunt, eti-  
 am si horum posteritatis causa nihil omnino interfit.  
 Que præterea violati sepulchri pena esse soleat, soli-  
 tatione lectorem remitto ad glo. sup. ver. crimen. in l.  
 l. & l. si quis sup. ver. violatores. C. dicto tit. & in  
 l. prætor ait. sup. ver. centum aureorum, & in l. si. ff.  
 eod. Prorinde cum istarum rerum differentias noui-  
 mus, minus nos latebit iam studium Christianissimo-  
 rum Imperatorum, cur illi res sacras integras, & a  
 sacrilega manu incorruptas permanere voluerunt,  
 eam earum alienationem, nisi in extrema necessitate,  
 tamoperè prohibuerunt. Quoniam autem constat le-  
 gem ciuilem & canonicam apud primæuos Christia-  
 nos interdixisse alienationem rerum sacrarum ( quod  
 multis legibus, & constitutionibus, ex quibus pauca  
 adducemus, doceri potest ) quanto minus tolerasset  
 eandem sacrilegas direptiones, quæ hæreticorum  
 persuasione & auxilio, ab illorum Antesignanis pas-  
 suere exercitata, & cum illis lucri odor ex re qua-  
 libet gratus sit, nec dum rapere cessent, quorum an sit  
 maior impietas, vel crudelitas, dubium est. Huius-  
 modi verò prædonibus Arcadius & Honorius Im-  
 peratores catholici capitale iusserunt iam olim irro-  
 gari supplicium. l. si quis in hoc C. de sacro. eccle.

Oo Iustinia-

Hæretici ra-  
ptores sacri-  
legi.

in  
ri  
ne  
ti.

e  
r.  
ū  
in  
in



Justinianus postea verberationem & exilium  
 stituit, in Auth. nouo iure C. d. tit. Cur autem  
 discrimen inter res diuinas & humanas?  
 non competens prerogatiua coelesti fauori conser-  
 tur? idem Justinian. interrogat in l. sancimus  
 eod. Inter diuinum enim, & publicum ius, & pri-  
 uatum commoda discretio competens esse debet, iuxta  
 eod. Imp. in l. vt inter C. eod. tit. Vel superius  
 brio excipi & irrideri posse existimat, peride  
 nysius ille senior, tyrannus Siculus fecisse scribit  
 sacrilegia sua solebat faceret dictis obtegere. Cui  
 nim. Locris Proserpina templum spoliaret, nauis  
 classis illius secundo vento nauigaret. Vides  
 quam prospera nauigatio a Dijs immortalibus  
 tur sacrilegis: ex hoc colligens aut no esse Deo-  
 lis non esse molesta sacrilegia. Pari ludibrio, cum  
 Olympio detraxisset magni ponderis aureum  
 quo eum Hieron. e manubijs Chartagineis au-  
 uerat proq. detracto aureo lanceum illi pallium  
 cit, ita cauillans: aureum amiculum aestate gra-  
 ue frigidum, laneum ad vtrumq. anni tempus  
 modatius esse. Verum no sic impij, clamat Deo-  
 natus vestri, vt habent aliquando successum: per  
 mium imo poenam truculentiae tandem accipi-  
 sicut puluis ante faciem venti disperitis. Mis-  
 faciam, quid lucri habuerint sacrilegi illi ex auro  
 losano, quod iam olim in prouerbijs abiit, & spo-  
 tores templi Ephesini, qui mox Lybicus in Aegy-  
 tincti sunt, tametsi non rebus Deo immortalibus  
 monibus atque idolis tantum consecratis, ma-

Heretici Dio-  
 nysium Ty-  
 rannum Si-  
 culum in quo  
 imitentur.



aterrunt. Sed meminerint quas pœnas dederit Bal-  
 thasar rex, quod vasa Domini ex templo Hierosoly-  
 tanano à Nabuchodonozore asportata profanaue-  
 rat, ex illis in cœniuiio saltem bibēs. Seuerissime Deus  
 eum aduertit in Heliodorum principem, qui ab An-  
 tiocho rege Hierosolymam, direptum thesaurus tem-  
 pli missus fuerat. Hi autem qui Evangelici, quàm  
 Christiani dici malunt, et nihil magis quàm Euan-  
 gelium crepant, quomodo sacrilegia sua inultra fe-  
 rent? Exempla nostrorum temporum et facti et in-  
 sententia celestis pœna, si non odiosum esset, enumerare  
 possem, sed quoniam eadem à doctis atque pijs viris,  
 et partim etiã à suæ sectæ hominibus in publicas hi-  
 storias et annales relata sunt, vt posteriorum quoque  
 uicicia transmitterentur, stylum cohibendum esse  
 duci. Caterũ longè humanius se gessit Cyrus Persarũ  
 rex, licet à cultu veri Dei alienus esset, cum ta-  
 men reo deo deuotas nullis humanis vsibus prophe-  
 tias fieri debere, recta ratione expendisset, populo Iu-  
 daico ex captiuitate dimisso, templum Domini in-  
 staurare iussit, vasaq; aurea et argentea à Nabucho-  
 donozore olim ablata, restituit, quantumuis inasti-  
 mabilis præcij, et numero quinque millia quadragin-  
 ta essent. At nostri infelicis aui infeliciores quidam  
 non solum qua pridem ex Ecclasijs rapuerunt, non re-  
 stituerunt, quin subinde occasiones etiã reliqua Chri-  
 stianorum templa dissipandi captant: vsque adeo ipsos  
 Ethnicos amentia et rapacitate antecellere videntur.  
 Diocletianus et Maximianus, qui simul imperium,  
 et imperium Romani, olim homini, ut ipse præ se ferebat,

Daniel. 5.  
 Balthasaris  
 Regis Sacri-  
 legi pœna.  
 Heliodori  
 Sacrilegi pœ-  
 na.  
 Machab. li. 2.  
 cap. 3.

Cyri Persarũ  
 regis laus ob  
 restitutas res  
 sacras.  
 Esdræ cap. 1

Qo 2 philo:





philosopho, bonorum patrimonialium (quorum  
 ra publica vtilitatis gratia ab omnibus pariter  
 eunda sunt. l. 2. ( de muner. patrim. lib. 10. in  
 nitatem petenti, in hunc modum rescripserunt. Pro  
 fessio tua, & desiderium tuum inter se discre  
 nam cum Philosophum te esse proponas, vinceri  
 ritia & rapacitate: & onera, quae patrimonialia  
 iniunguntur, solus recusare conaris, quod frustra  
 facere ceterorum exemplo poteris edoceri. l. 1. de  
 C. d. tit. & lib. Vide quam increpationem  
 hic Philosophus, & quae auaritia nota illi ab  
 ratoribus iniusta est, licet non alienis inhiaret, sed  
 tantum bona à publico censu ac tributo immunita  
 essent, peteret. Quid autem illi dixissent ad  
 Deorum religioni maxime studiosos professi  
 nihilominus tamen non cessassent illorum temeritate  
 sacris insidiari? forte id respondissent, quod D  
 nes olim, qui cernens quendam male audientem  
 si monumenta spoliaret, Homeri carmine cōspic  
 τῆρσι ἢ ἄλλοις ἐπιπέσει

Quid tu huc venisti, vir praestantissime, nūm  
 Vt spolies aliquem horum, quos mors occupat

Proinde titulum de Sacrilegio, huic, quae de  
 sacris tractat, annectere placuit, postquam leges  
 stianissimorum Imperatorum, & sacri canonic  
 crimine sacrilegij non solum eos censent, qui res  
 diripiunt, sed etiam qui sacerdotibus ceterisq  
 cis vim, vel iniuriam aliquam inferunt. Cuius  
 tentiae olim quoque Agesilaus Lacedaemontiorum

Sacrilegi sunt  
 non solum Ec  
 clesiastica fu  
 rantes, sed etiā  
 qui sacerdo  
 tibus infesti  
 sunt.



... qui praeclarè dicere solitus est: se vehementer ad-  
 ... eos non haberi in Sacrilegorum numero, qui  
 ... eos, qui dijs supplicarent, vel deos venera-  
 ... reur. Quo innuit vir prudentissimus, eos non tan-  
 ... sacrilegos esse, qui deos ipsos aut templorum or-  
 ... natum spoliarent, sed eos maximè, qui deorum mini-  
 ... & praecones contumelijs afficiunt. Et canon ait  
 ... sacrilegium etiam committere eum, qui violentas &  
 ... impias manus in clericum iniecerit. C. si quis contu-  
 ... max. & C. quisquis inuentus, cum C. si quis suaden-  
 ... 7. q. 4. Hoc porrò crimen in genere, secundum  
 ... scriptum varijs modis punitur: nimirum vel gla-  
 ... dio, vel laqueo, vel igne, vel damnatione ad bestias,  
 ... quae huius criminis reos dilaniarent. l. sacrileg. 2. ff.  
 ... ad leg. Jul. penul. & quia sacrilegium furto maius  
 ... & grauius est, d. l. sacrilegij, & l. aut facta. §. locus  
 ... ff. de pen. Ideò omnis pœna, quae in furto per legem  
 ... municipalem statuitur, multò magis locum habet in  
 ... sacrilegio: quia quod plurius est, vtiq; tanti est. l. cum  
 ... furti. ff. de in lit. iur. & hoc tenet Bald. in l. si non-  
 ... dum. vers. sed nunquid. C. de furt. Quamobrem mi-  
 ... nus etiam venia meretur, quam furtum rerum pro-  
 ... phanarum. Itaque in sacrilegos etiam apud Ethnicos  
 ... ferere animaduersum est: quemadmodum de Phale-  
 ... ro Phocensium duce legimus, qui cum furti insimula-  
 ... retur, & quod multas è sacris pecunijs sibi vendicasse  
 ... traduceretur, imperatoria dignitate, quam gerebat  
 ... excusatus est: & postquam sacrilegij fama magis incre-  
 ... buisset, tribus de lectis ducibus Dinocrate, Callia &  
 ... Sephane sacrarum pecuniarũ questio est habita, qui  
 ... alyjs, qui eas administrauerant, rationem repo-  
 ... scerent,

Sacrilegij  
pœna.

Sacrilegium  
apud Ethni-  
cos, etiã gra-  
uiter puni-  
tum fuit.

Dinocratis  
Callia & So-  
phanis sacri-  
legorum pœ-  
na.

00 3 scerent,



scerent, & i reddere eam nequiuissent, eos in  
 cruciatu affectos, restituisq; quæ ex furto super  
 morte acerba tandem multarunt. Habetur aut  
 fim apud authores de sacrilegorum pœnis, atq;  
 dijs ipsis, quos depeculati fuerant, inscriptis. Hinc  
 nelais apud Libanum, vides, inquit, impiorum  
 sacrilegis res deorum sustulisse? Sic Iulianus  
 ricus Philomonem primum inter conferti  
 cantem cecidisse, ac sacrilegij pœnis im  
 luisse scribit: & Aul. Gellius refert, cum  
 Tolosanum in terra Italia Q. Cepio cõsul de  
 multumq; auri in eius oppidi templis fuisse,  
 ex ea direptione aurum attigisset, misero  
 exitu peruisse. Quis enim læsos impune  
 Deos? vt Lucanus ait. De iure autem  
 crilegis hæc irrogatur pœna, scilicet excommu  
 postquam ter prius admoniti fuerint, in  
 quisquis inuentus. §. si quis domum 17. q. 2.  
 vt DD. quidam putant, miranda est in  
 nonum laxitas, qui in tanto scelere tam  
 adhibeant, qua malum foueant potius  
 quam corrigant, aut puniant, quod etiam  
 glossa. Sed si quis excommunicationis  
 consideret penitus, vt quæ animam occidit  
 inueniet horribiliorem pœnam, licet hæc apud  
 eos aliosq; leues homines floccipendatur.

Philomenis  
 sacrilegi po  
 na.

Aurum To  
 losanum,

Sacrilegij  
 pœna mitis  
 in iure Can.

DE SIMONIA, V  
 CRIMINE AMBITVS EC  
 CLESIASTICI